

Sancti. Damiani. et omni sanctorum. quorum sollem
nis hodie in conspectu tue maiestatis. re
bratur. dñe deus noster tota in dihe terrarum
omni sanctorum tuorum quorum meritis precibus
contendas. ut in omnibus protectionis tue rem
amur auxilio. **I**n eundem xpm dñm nrm.
Ant igitur oblationem seruitutis nostre
cuncte familie tue. **Q**uesumus dñe. ut pla
cipias. dies qz nostrorum in tua pace di
as. atqz ab eterna damnatione nos tripe
lectorum tuorum iubeas grege numerari p
dñm nrm. **Q**ua oblatione tu ieris i
omnibus qz. benedicta. **A**ssumpta. **R**
rationabile. acceptabile op face
meris. ut nobis. corpus. **E**t sanguis. **R**
delectissimi filij tui dñi nostri ihu xpi.

MS 612

Sammelband

Ausg. 1. Bd.

62.

PROGRAMMA
DE SALVTIFERA
PASSIONE ET MORTE
SALVATORIS NOSTRI
IESV CHRISTI,

in academia Iulia

P. P.



HELMAESTADL,
E Typographeio IACOBI LVCII.


clō 1ō CXV.

DE SALVIFERA
PASSIONE ET MORTE
SALVATORIS NOSTRI
IESU CHRISTI

in ecclesiis Iulii
P. P.

HERMANNUS
E Typographico IACOBI LAVOIR
cis 13 CXXV





S.S. THEOLOGIÆ STV-
DIOSIS

S. D.

M. IOANNES à FVCHTE.



*Hactenus more & consuetudine pia
& deuote antiquitatis, in magna Dei Ec-
clesia, ἡμέθλια Saluatoris nostri, quotquot no-
men suum inter Christianos profitentur, ma-
gna cum solennitate ac festiuitate celebrâ-
runt: non solum ideò, vt eius recordatione vnusquisq; ad gra-
tiarum actionem excitaretur, gratitudinemq; suam erga
eundem declararet: verùm etiam vt consideratione huius
mirandæ ac salutaris Natiuitatis, cùm in omni aduersitate,
tùm potissimùm in certamine spiritus & carnis, in pugna,
quæ nobis cum principe huius mundi, eiusdemque affectis su-
scepta est, & in qua vsque ad finem vitæ desudare cogimur,
nos erigere ac consolari possemus. Hunc enim finem filius
Dei incarnatione sua sibi propositum habuit, hunc saluta-
rem fructum inde nos percipimus. Neque enim ipse suâ cau-
sa humanam naturam assumpsit, eâ enim non indiguit ad
perfectionem sui, quæ tanta est, vt augeri nequaquam pos-
sit. Vnde constat, quàm turpiter hallucinati fuerint, qui*

A 2

olim,

olim, atq; etiam hoc nostro seculo somniârunt, Oportuisse
filium Dei nihilo minus humanam carnem induere, si vel
maximè homo non fuisset lapsus. Huic erroneæ opinioni
πᾶσα γραφή θεόπνευτος reclamitat; neque obscure eam damnat
Symbolum Nicenum, quod ab vniuersa Ecclesia, anno ab
hînc millesimo ducentesimo propemodum receptum, & huc
vsque omnium orthodoxorum calculo comprobatum fuit,
cum de Christi natiuitate ita profitetur: propter nos
homines, & propter nostram salutem descen-
dit de cœlis, & homo factus est. Si propter
nos, ergo non propter seipsum; ac propterea non opus ei
fuit, sui causa vt homo fieret. Et quid aliud indicare voluit
Esaias; quando in spiritu de Messia aduentu in carnem sic
vaticinatur: Paruulus natus est nobis, & filius
datus est nobis. Quid aliud Angelus, cum ad pastores
ait: Annuncio vobis gaudium magnum. Item,
Natus est vobis Saluator. Hoc magnum illud elo-
quentiæ flumen D. Chrysostomus homil. 2. in Matthæum
ita declarat: υἱὸς ὢν τῶ ἀναρχῆ θεῶ, καὶ γνήσιος υἱὸς, ἠνέχετο ἀκῶ-
σαι καὶ Δαβὶδ υἱὸς, ἵνα σε ποιήσῃ θεῶ υἱόν. ἠνέχετο πατέρι αὐτῶ ἡρώ-
δαι δῆλον, ἵνα σοι τῶ δῆλω πατέρα ποιήσῃ τὸν δεσπότην. h. e. Cum
germanus & verus filius sempiterni esset Dei, etiam filius
David esse dignatus est, vt te filium faceret Dei, seruus pa-
tri fieri dignatus est, vt tibi seruo patrem faceret dominum.
Et mox: ἐγενήθη κατὰ σάρκα, ἵνα σὺ γεννηθῆς κατὰ πνεῦμα. ἐγενή-
θη ἐκ γυναικὸς, ἵνα σὺ πάυσῃ γυναικὸς ὢν υἱὸς. Διὰ τῆτο διπλῆ γέγο-
νεν γέν-

γεννησιν, καὶ ἑομοιᾷ ἡμῶν, καὶ ὑπερβαίνουσα τὴν ἡμετέραν φύσιν.
h. e. Natus est secundum carnem, ut tu nascerere spiritu:
natus est ex muliere, ut tu desineres esse filius mulieris.
Propterea duplex generatio facta est, hæc scilicet nostræ
similis; illa nostram eminenter excedens. Hoc etiam D.
Irenæus, qui ipsum ætate longè antecessit, lib. 5. cap. 1. ad-
uersus hæreses hisce verbis indicat: Christus propter
immensam suam dilectionem factus est quod
sumus nos, uti nos perficeret esse quod ipse est.
Quemadmodum autem præteritis ferijs hisce salutaribus me-
ditationibus occupatus fuit cætus fidelium: Ita breui se
præparaturus est ad seriam & sedulam considerationem sa-
cræ passionis & mortis Christi: nisi enim hæc subsequuta
fuissent, nihil planè eius incarnatio & natiuitas, (quam
scriptura vocat missionem à patre,) nobis profuissent. Imo
verò ea de causa in mundum venit, ut pati & mori posset,
illudq; exoptatissimum, & consolationis plenissimum **CON-**
SUMMATVM EST, quo opus Redemptionis iam per-
actum esse significare voluit, in sancta cruce exclamare
posset. Quare licet sancta eius Natiuitas, quâ nostram im-
puram ac contaminatam mundauit, meritò dulcis ac grata
sit; tamen multò nobis acceptior & iucundior esse debet sa-
cro sancta eius passio, & mors innocentissima, quibus nos
à labe peccati penitus purgauit, delendo, ut Pauli verbis
utar, quod aduersus nos erat, chirographum,
decreti quod erat contrarium nobis, & eripien-

do de potestate tenebrarum. Nam vt autor epistola ad Hebraeos scribit, per mortem aboleuit eum, qui mortis imperium habet, h. e. diabolum. Hac de re valdè insignis locus extat apud Basilium M. oratione aduersus eos, qui calumniabantur Christianos, quoad tres Deos dicerent, qui cum non omnibus notus sit, hîc eum adscribemus. Verba eius hæc sunt: Genitus est per mulierem, vt genitos regeneraret. Crucifixus est volens, vt inuitè crucifixos detraheret: mortuus est volens, vt inuoluntariè mortuos excitaret. Suscepit, quam non suscipiebat, mortem, vt eos qui sub morte sunt, viuificaret. Deuorauit ipsum mors ignorans; vbi deuorasset, cognouit quem non deuorauit. Deuorauit vitam, deuorata est à vita. Deuorauit vnum cum omnibus, perdidit propter vnum omnes. Hanc historiam quotiescunq; in peccata labimur, quod non tantum fit singulis diebus & horis, sed & penè quolibet momento, si fieri posset, considerare quidem debebamus, sed sicut ad malum proni & procliues; ita cum ad omnes actiones bonas, tum ad hanc quoq; meditationem, in qua tamen salus nostra consistit, valde segnes ac socordes sumus: ac propterea veneranda antiquitas statuit, vt eius causa quotannis in domo DEI conueniremus, idque
non

non vno tantum aut altero die, sed per aliquot septimanas,
& ut cum D. Bernhardo loquar, PASSIONIS CHRIS-
TI OPVS, MODVM ET CAVSAM, quàm diligen-
tissimè perpenderemus, vt hæc eò tenacius animis nostris
inhererent, & quouis loco & tempore, ac præsertim in ago-
ne, eorum meminisse possemus. Quod quidem ab omnibus,
quibus salus sua curæ ac cordi est, summa diligentia fieri
debet; illos verò qui sacro studio prorsus dediti, istam hi-
storiam aliquando alijs proposituri & explicaturi sunt, cum-
primis hoc facere decet. Quibus ne meo loco deessem, con-
stitui mecum, historiam passionis Christi, sicuti ea à Mat-
thæo, qui etiam hac in parte reliquis Euangelistis non est in-
ferior, publicè explicare, & quæ per multos annos mediocri
industria affecutus sum, & ex diligenti lectione veterum
doctorum Ecclesie, obseruavi, cum studiosis Theologiæ
communicare: neque dubito, quin hæc mea opella ipsis grata
futura sit. Volui autem aliquantò maturius rem aggredi,
ne temporis angustia, quæ cognitu vtilia ac iucunda forent,
prætermittere, vel sicco, vt aiunt, pede transire me cogeret.
Cauebo tamen ne nimia prolixitate cuiquam tædium pari-
am, neq; etiam illud poëtæ audire cogar:

breuis esse laboro,

Obscurus fio.

Tradam autem omnia methodo tam docentibus, quàm di-
scientibus accommodatissima. Et quamuis de me multum
polli-

polliceri nolim, neq; etiam debeam, tamen sperem, vel potius
confidam, neminem fore, quem temporis huic auscultationi
impensi pœnitere queat. Hoc vobis significandum duximus.
Valete. Helmstadij anno à nato Salvatore supra mille-
simum sexcentessimum decimo quinto.

V I. Calendarum Fe-
bruarij.

F I N I S.



V 17



innumeris gratiis et benedictionibus hanc
viam. hanc **X** innumera hanc sancta **X**
innumera illibata. **X** in primis que tibi
innumus pro ecclesia tua sancta catholica
innumificac custodie. adiuuare. et regere
innumus toto orbe terrarum. una cum famulo
innumus. Rege. innumus **S** innumus nostro **S** et
innumus orthodoxis catholice et apostolice fidei
innumus. **M** innumus dñe famulorum famu
innumus tuarum. **S** et omni circumstanti
innumus fides cognita est. et nota deuotio pio
innumus tibi offerimus. et qui tibi offerunt hoc
innumus fiam laudis pro se suis et omnibus pro
innumus ratione animarum suarum. pio spe salutis. et
innumus innumunitatis sue tibi reddunt vota
innumus eterno deo uiuis et uero **O** innumus





2.
AMMA
TIFERA
T MORTE
S NOSTRI
RISTI,
ia Iulia



ADI,
COBI LVCII.
XV.

